manerie existat in aliquo loco seu cōtrata ciuitatis Tri
denti excepto q̄ in fossati contrata cerdonum tridēti in qua ab an
tiquo curamen est pfectū et solitū cōfici et aptari et excepto q̄ ad
uada at bēsis uel extra ciuitatem ne ciuitas inficiatur: et hoc sub pe
na. x. librariū deñ. uonē. pro quolibet et qualibet uice qua contrafa
ctum fuerit et quibet sit accusator et hēat medietatem pene.

De nō debentibus lauare pelles in rugijs ciuitatis. *Ca. clxxxij.*
Tem sta. et or. q nulla psona audeat uel psumat lauare pel
les uel curamen cuiuscūq manerie existant in rugijs dis
currentibus p ciuitatem excepto q̄ in rugia fossati cerdoz
S ij

Liber Secundus.

num: sub pena. x. librarum den. camere epali applicanda toties quo
tiens tractatus fuerit et quibet possit accusare: ut supra.

De pelliparijs si debentur facere molticiu i ciuitate. *Ca. dxxxix.*
Tem sta. et or. q. nullus pelliparius nec aliqua alia pso-
na audeat uel psumat multicare nec pelles aliquas a pel-
litjs siue cartis cōficere nec ficcare in aliquo loco seu cō-
trata ciuitatis tridentis excepto q̄z in androna postribu-
li seu meretrici in qua antiquus solitū est ipsas pelles a pellicijs cō-
ficere et in alijs andronis penes attacē: et extra ciuitatē ne ciuitas
inficiatur fetore: et hoc sub pena. x. libraz den. veron. oīo applicā-
da pro quolibet et qualibet uice qua tractatus fuerit.

Quō nō edificentur cloace sup rugia magna nec aliquid imun-
dum in eam mittere.

Item sta. et or. q. nulla psona audeat uel psumat aliqua
liter edificare nec edificatū tenere sup rugia magna mo-
lendinoꝝ tridentis discurrēte p ciuitates: aliquid sitalur-
nec latrinā siue cloacā nec aliquid imundum i eam imit-
tere seu p̄icere: sub pena. x. libraz den. vōn. pro quolibet et qua-
libet uice qua tractatus fuerit applicanda domino et quibet sit accu-
sator et habeat tertiam ptem pene.

De hjs q nō iuerint ad exercitum siue scortam. *Ca. dxxxv.*

Item sta. et or. q. q̄cūq; de ciuitate siue miles siue pedes
in decena positus siue uastator nō egtauerit siue nō iue-
rit ad exercitū siue scortā uel ad aliquod iter: siue ad ali-
quem locū post q̄z sibi uenūciatum fuerit uel p̄conūciatū
p ciuitatem uel exercitū siue de loco recesserit siue licētia capitanei
soluat miles p quolibet equo sol. xl. den. vōn. pedes uero sol. x.
et uastator sol. v. et plus arbitrio dñi seu eius Sicarij et plulū et p
uisorū tridentis nisi iustam cām et excusationem habuerint.

De nō lauādis p̄nis et uiscerib; in rugia magna. *Ca. dxxxvi.*

Item sta. et or. q. aliqua psona nō audeat lauare p̄ni locū nec
uiscera aialiuꝝ nisi ab hora tertiāz usq; ad uespas in rugia ma-
gna ciuitatis: sub pena predicta.

Ca. dxxxvij.

De Sc̄dicis seu alijs officialib; excusantib; aliquē a custodia.

Item sta. et or. q. si q̄s Sc̄dicus uel alius officialis ad offic-
ium Sc̄dicarie cōis tridentis deputatus aliquē excusauerit a
custodia ciuitatis uel pecuniam recepit ab illo q custodiā facere debe-
ret uel fraudez in ipso officio cōmiserit soluat oīo libras. xx. den.

veron. et priuatur officio per quatuor annos.

De non portandis armis per ciuitatem.

Ca. cxxxviii.

Item ista. et or. q. nullus tam de ciuitate quam de epatu
quã de aliunde sit deinceps audeat nec presumat portare
de die arma p. ciuitatez trident. v3. lorica siue panceria
lameriam cerucllaria ebireccas ferri rodella Scutum
nec alia arma: tã offensionis quã defensionis et q. profecerit soluat
pro qualibet uice libras. v. den. veron. nisi habuerint licentiam a no
bis uel a nostro Capitano seu Vicario: et si portauerit de nocte
soluat dupliã dicte pene exceptis ciuibus quoz qlibet uolens por
tare heat in possessionibus valore ducentoz ducatorz auri ad mi
nus: et exceptis familiaribus ciuibus dñoz canonicoz q. possint et
ualeant ferre dicta arma fm antiquaz consuetudinem si stant cum
ipsis dolo et fraude remotis pro certo salario.

De ciuibus sine lumine post tertiu tintinabulu. Ca. cxxxix.

Item ista. et or. q. aliqua psona nõ debeat ire p. ciuitatem de
nocte post tertiu tintinabulu usq. ad tintinabulu die sine
lumine: et q. contrafecerit si iuerit euz armis soluat. x. libras
den. veron. pro qualibet uice: et si sine armis iuerit soluat sol. uigin
ti den. ueron. nisi iuxta cã iuerit. Si uero iuerit cã armis et cum lu
mine soluat. v. libras pur solueret de die exceptis illis q. arma fer
re possint de die: ut infra de nõ portandis armis q. sine pena possunt
portare cum lumine magno. v3. doplerio uel lumine et non cã par
uo lumine.

De hospitatoribus debentibus denunciare dictã postam hospi
tibus suis.

Ca. cxc.

Item ista. et or. q. qlibet hosterius siue hospitor teneat
denunciare postam prime dictã hospitibus suis cum ap
plicuerint ad hospitium suu: et si nõ denanciauerit et ho
spes eius arma portaret soluat hosteri libras tres den.
veron. et credat sacrameto hospitoris uel eius familiaris siue eius
uxoris si nõ denuntiauerit hospiti predicta.

De uino extraneo non cõducendo ad ciuitatem. Ca. cxci.

Item attendetes antiquissimã cõsuetudinem ciuitatis et
dyoc. ac etiã districti Tridenti longissimo tpe obserua
tam p. bono et statu ciuitatis nre Tridenti: q. ciues no
stri de alijs redditib. quã ex uino uinere nõ possunt nec
nre ciuitatis onera possunt sustinere p. sideratesq. statuta ciuitatis
Trideti facta et edita p. Illustrissimũ principẽ dñm. v. Leopoldũ
ducem Austrie etc. Et p. Illustrissimũ carissimũ sorori nrĩ dñã

Libro Secundus.

Duci Federici ducis Austrie etc. Et pcolendo memorie predecessorem nostrum dominum Albertum comitem de Ottemberg. et episcopi Tridenti sup hac ordinatōe vini infra scripti nō conducendi ad civitatem tridentī: et privilegia concessa de cōsensu totius patrie civibus tridentī p antedictū dominū ducem Leopaldum. Nos Alexander Episcopus et dñs tridentī. volētes et ipsas cōsuetudines et statuta et antiqua privilegia dicte civitatis confirmare et nos de nouo iuxta et fm cōsuetudines et statuta et privilegia antiqua dicte civitatis tridentī. et or. q. nulla psona terrigena vel forensis de cetero audeat nec psumat nec attemptet ducere portare vel conducere seu portari vel conduci facere ad civitatem tridentī: nec ad eius districtum nec p eius districtū quoquomodo aliquod vinū extraneum et nō natum nec collectū in terris et in vineis civitū et districtualium civitatis tridentī sitis et positis infra hos cōfines. v. a villis matarelli et romagnani et nallis surde supius versus tridentū a bocha de nella: a gardulo: a castro veteri et a castilario interius versus tridentū: sub pena centum librarū den. v. nō. p quolibet plaustrō. et xxv. librarū den. v. nō. pro qualibet soma et. v. libras p quolibet stario vini et amissionis vini curru bonū equorū et aliorū animalium et repp. cum qbus portat vel portatū fuerit ipsum vinum cuius penē medietas applicetur camere episcopi et alia medietas cōitati tridentī et inuentoribus siue accusatoribus exceptis tñ maluasias et vino credenti qd impune cōduci possunt ad ipsam civitatē ut ab antiquo cōsuetū: exceptis vinis partialibus censualibus et decimalibus nostrorū civitū dñorū Canonicorū habitantū in nra civitate tridentī et nō rusticorū nec nobilitū q nō faciunt custodias portarū et matorū civitatis tridentī natis et collectis extra dictos cōfines que vna decimalia et censualia ipsi civis et bitatores civitatis tridentī ad eorum bitationes et ubi voluerit impune et sine molestia cōducere possunt et qd nullus officialis civitatis tridentī: sub pena predicta possit dare alicui licentiā cōducendi dicta vina extranea: et in eiusdem penis volumus et mādamus subiacere oēs illos q dicta vina extranea extra dictos confines nata in suis domibus et mansionibus accepta verint oī excusatione remota.

Quod in diebus solēnibus festiuis catur ad missam. Ca. cxcij.
Item sta. et or. q. qlibet maior domus masculus et femina teneatur: sub pena. x. sol. applicandorū fabrice sancti Vigily in diebus tribus festiuis natiuitatis in festo Circūcisionis et piphanie Resurrectōis dñi Ascētionis: Petrecostes in quatuor festis beate Virginis in oibus festis Apostolorū: in festo sancti Vigily et beate Daxentie: et oibus diebus dñicis de mane saltim audire unaz

missam in Ecclesia Cathedrali: et meliores cines et civisse nisi habeant iustam causam absentie debeat in maiori missa stare in dea Sede.

Explicit liber Secundus.

Incipit liber Tertius, S. L. spectantium ad officium Syndicorum.

Propositio.

Hec sunt statuta et ordinamenta secundum antiquissimam consuetudinem ad officium Syndicorum Tridenti spectantia ad laudem et gloriam domini nostri Iesu Christi eiusque Virginis gloriose et totius celestis curie triumphantis Reverendissimi in Christo patris et principis serenissimi et. d. d. nri domini Alexandri dei gratia episcopi Tridenti. dignissimi vnicuique magonice: ipsi declarata et confirmata ad bonum quietum et pacificum statum suum et eius civitatis Tridenti: et ad reprimendum malorum proponentium utilitatem suam bono publico et i obedientium et.

Quod Syndici cognoscere debeant de questionibus ad oculum inspiciendis.

Ca. cxxii.



Quomodo ista et or. q. Syndici civitatis Tridenti cognoscant et cognoscere debeant de omnibus quomodo rixis et differenciis viarum terminorum: rocallium canalium stilicidiorum edificiorum murorum latrinarum coluniarum et eorundem similibus quomodo que inspiciunt ad oculum: et predicta omnia cognoscantur per eos summarie et plano sine strepitu et figura iudicij et absque libelli oblatione et sine debito terminari cum consilio bonorum

hominum iuratorum et qui vice solvere iustori expensas advenitur non obstante quod litigatio non sit facta et iuris solennitas non fuit observata et quod talis advenatio: tam super principale quam super expensis modis omnibus executio mandet statuto termino nisi ad suam defensionem faciem preterenti nisi scindici contra iusticiam gravassent pretem: quod tunc possit appellare ad iudices appellationum civitatis Tridenti: sine ad Elitariam in spiritualibus quod debeant cognoscere et diffinire secundum leges: et per formam statuti positi sub rubrica de cognoscendis causis appellationum et ceterum si ipsi iudices appellationum gravarent pretem quod a finis ipsorum appellare tur ad consules: et pulsos civitatis Tridenti: quomodo cum consilio iurisperitorum de causis diffinire et finire debeant quod iurisperiti eligi debeant de voluntate preterenti: et si pretem non concordaret: tunc consules i eligendo iurisperitos cui causa committat seruet formam statuti de commissionibus carum hedis et de modo et forma apponendi appellationis et de salariis iudicum.

*Causa in rixis
procedunt de
matris et filii
no. in rixis
de rixis
nisi in rixis
civitas. Pro
comat. 191. 20.*

*Pro hac clausula videnda et
hinc et de rixis.*

aliquis non possit nec debeat sub pena xxv. librarum denarii. a quolibet contrahentibus auferenda pro qualibet vice que contrahentibus fuerit: et sub pena dictarum rerum dare alicui licentiam conducendi predictas res uel aliquam earum extra dictum districtum quatuor penarum medietas applicetur camere Episcopali: et alia medietas comitati et inuicentibus sine accusatoribus de predictis et quod incontinenti cum dictas res fuerit conducte apud aliquod vadum Arthesis uel in ciuitate uel extra sine et esse debeant applicate comitati tridentino et cadant ad penam predictam et quilibet sit accusator et credatur uni soli testi bone opinionis et fame et qui reperit predicta et denunciauerit officio habeat et partem.

De lignis ab igne. La. cxcvi.

Item stat. et or. quod nulla ligna ab igne que sint incisa tridentino superius extra iurisdictionem possint conducere de tridentino inferioribus sub dicta pena et quod nullus officialis sub dicta pena possit dare licentiam conducendi et cum applicuerint ad vadum ciuitatis debeant ponere rate incontinenti antequam ratis transierit pontem Arthesis a turri de vaga sub dicta pena et tertia pars penae sit accusatoris alia tertia pars sit scindicorum: et alia tertia pars sit comitatus tridentini et quod nullus officialis sub pena contenta in precedenti statuto possit dare licentiam: nec gratiam facere de predictis et credatur: ut supra.

De seponere et coriamine quod fit in tridentino non exportando.

La. cxcvii.

Item stat. et or. quod peccet quod nulla persona cuiuscumque conditionis et qualitatis existat audeat nec presumat seponere coriam et coriamen: quod fit et que fuerit in ciuitate tridentina cuiuscumque conditionis et qualitatis existant conducere portare seu conducere et portari facere aliquo modo uel in genio extra ipsam ciuitatem pena. x. librarum denarii. tridentini et amissionis rei pro quolibet et qualibet vice qua fuerit contrahentibus auferenda cum opus sit eis in ipsa ciuitate: et quod incontinenti cum predictae res sunt portate ad vadum Arthesis uel ad portam ciuitatis intelligant esse portate extra ciuitatem et cadat ad penam et quod aliquis officialis non possit dare licentiam ut premissam est in proximo precedenti statuto quarum penarum medietas: ut in proximo precedenti describitur et credatur: ut supra.

De hominibus non debentibus tenere bestias super cubibus tridentini ad pascendum ultra unam diem. La. cxcviii.

Liber Tertius.

Nez sta. et or. q. procurent quod nullus tam terrigena quā forensis audeat uel presumat tenere aliquas bestias cuiuscūq; conditionis existant a carnibus exceptis porcis sup couē tridenti et in eius ptinentijs ultra unaz diem et vnā noctem saluo qđ si ipsas bestias uellent occidere et uēdere ad macellum in tridēto impune possint tenere et pasculare et q. contrafecerit soluat. p. qualibet bestia bouina sol. centū den. tridenti pro qualibet parua sol. xx. den. tridenti: cuius pene medietas applicetur camere et p. ali alia medietas cōsitari tridenti et accōsatori et credatur: ut supra.

De forensibus nō debentibus cui3 aliquis bestijs pasculare su per cōmunibus tridēti. Ca. cxcix.

Ltem sta. et or. q. procurēt quod nullus forensis cum aliquis bestijs cuiuscūq; generis sint audeat uel psumat pascere seu pasculare sup cōibus tridenti ultra vnā diem et vnā noctem: ut supra dictū est: sub pena centū sol. den. tridenti. p. qualibet bestia bouina et viginti sol. p. q. qualibet parua cuius pene medietas applicetur: ut supra saluo et excepto quod illi de dyoc. tridenti q. sunt p. sicuti tpe ueris cū pecudibus suis pasculare sup cōibus ipsis possint impune cū suis bestijs pasculare super dictis cōmunibus a purificatione beate Virginis gloriose usq; ad festum sancti Georgij ad uoluntatem consulum et prouisorū et ciuū tridenti et nō audeant super diuisis dieo tpe pasculare: sub dicta pena et credatur ut supra et pena applicetur: ut supra.

De forensibus tenentib⁹ occidere et uēdere ad macellū qntā ptē bestiarū: quas extra districtū cōducere uelint. Ca. cc.

Ltem sta. et or. q. quelibet psona forensis conducēs aliquas bestias a carnibus vndecūq; et cuiuscūq; conditionis existāt exceptis porcis non pinguibus et uolens transire extra districtum tridenti teneatur et debeat quintam partem dictarum bestiarum quas uiuas conducere uellet occidere et uendere ad macellū tridenti dicti cōis tridenti: et q. contrafecerit et non notificauerit. p. rari cōis uel deputari ad qntum: quemiant recepturi quintum cadant ad penā et intelligant eē asportata extra districtū in cōtinentiam sunt conducta ultra Ecclesiam Sancte Crucis prope portam: et extra portam Aquile: et Sancti Martini: Et extra portam Pontis uel posita essent super Rote Nani uel zara: et soluat pro qualibet bestia bouina centum sol. denariorum Tridenti:

et pro qualibz parua. xx. sol. cuius pene medietas applicetur carne et spali: alia medietas cōi tridenti et accusatori et credat uni soli testi bone fame si dixerit p sacramentū se scire q̄ aliqs conduxerit extra districtum tridenti dictam q̄ntam partem.

De terrigenis debētibus occidere et vendere ad macellūz medietatē bestiaz a carnibus: q̄s extra districtū pducere uellent.

Ca. ccj.

Item sta. et or. q̄ quelibet psona terrigena q̄ uellet conducere aliquas bestias a carnibus cuiuscūq̄ generis extra districtū tridenti teneat et debeat medietatē earz bestiarū exceptis porcis nō pinguibz occidere et uendere ad macellum tridenti s̄z consuetudinē tridēti cōis et q̄ contrafecerit et notificauerit: ut supra et intelligant esse asportata: ut supra in primo precedenti statuto cōtinet soluat p qualibet bestia bouina centū sol. den. et p qualibet parua. xx. sol. cuius medietas pene applicetur: et quo ut supra in precedenti primo describitur et credatur ut supra in primo precedenti statuto.

De macellatoribus nō debētibus aliquas bestias nias cōducere nec uēdere nisi mortuas ad macellum.

Ca. ccij.

Item sta. et or. ut iudici pcurant qd nullus macellator tridenti audeat uel p̄sumat uēdere aliquas bestias a carnibus cuiuscūq̄ conditōis existat: et habuerit eas undecūq̄ uelint nisi mactatas et uigilatas ad macellū tridenti: nec eas p se uel interpositā psonā directā uel p obliquū extra ciuitates et districtū tridenti cōducere aut conduci facere: et q̄ cōtrafecerit et soluat p qualibet bestia bouina centū sol. den. tridēti et pro qualibet parua sol. xx. den. applicanda: ut supra in primo suprascripto: que pena applicetur: ut supra et credatur: ut supra primo.

De societate non fienda p macellatores ultra tres pro qualibz bancha siue macello.

Ca. ccij.

Item sta. et or. ut procurent ipsi Scindici quod macellatores tridēti nō audeant: nec p̄sumant facere aliquam societate siue cōuenticulam simul ultra tres pro qualibet bancha macellē: et q̄ cōtrafecerit soluat pro quibet uice et p quolibet cōtrafaciēte lib. quin quaginta deni tridēti. cuius pene medietas et spali camere applicetur et alia medietas cōtati: ut supra in alijs.

De carnibus per lanios siue beccarios occulte in domibus uel alibi non tenendis.

Ca. ccij.

Item sta. et or. q̄ nullus lanio siue macellator audeat uel p̄sumat carnes aliq̄s portat uel tenere occulte i domibz aliq̄b uel i alio loco extra macellum

Liber Tertius.

aut portari uel teneri facere directo uel p obliquum nisi de noetet sub pena. x. librarū den. tridentī p qualibet uice auferrenda a quo libet ptrafaciente cuius pene medietas applicetur Camere epali alia medietas cōitari et accusatori t credatur vni soli testi bone fame cū iuramēto: ut supra.

De macellatoribus nō debentibus accipe pinguedinez de carnibus. Ca. ccv.

Lem sta. et or. q nullus macellator audeat uel psumat accipe pinguedinē de carnibus i aliqua pte: sub pena. x. librarū den. tridentī p quolibet t qualibet uice qua cōtrafactū fuerit applicanda: ut supra p rime t credatur ut supra proxime.

De macellatorib' nō debentibus incidere carnes inferius post Aue Maria de sero et ante aue Marie de mane. Ca. ccvi.

Lez sta. et or. q nullus macellator audeat uel psumat incidere inferius aliquas carnes ante sonū cāpanā q pullatur pro aue Maria de mane post tertiā cāpanā de sero sub pena. x. lib. den. tridentī p quolibet t qlibet uice auferēda t applicāda: ut supra in alijs t credat: ut supra uni soli testi.

De porcis pinguib' cōductis nō extrahendis nec emendis in grosso. Ca. ccvij.

Lem sta. et or. q porci pingues p quoscūq conduct' ad ciuitatē nō possint de ciuitate predicta extrahi usq ad tres dies postq fuerint cōducti ad ciuitatē et nullus durantibus illis tribus diebus audeat uel presumat ipsos porcos in grosso emere cā eos cōducendi extra districtū: sub pena pdendi porcos et. xl. sol. pro quolibet porco auferēda t applicāda: ut supra in alijs et trāfacti illis tribus diebus dimissio qnto siue qnta pte fm antiqsimā consuetudinē ciuitatis residuum possint conducere quo uoluerint et credat uni soli testi: ut supra et officialis q dederit licētiā conducendi cōtra statutum cadat ēt ad eandē penam applicādam: ut supra et in oibus casibus supra scriptis qlibet possit accusare t credatur ei cum sacramēto si fuerit bone fame t opinionis indeterminatione dominoꝝ Scindicoꝝ et teneatur in secreto seu credentia t hēat quartam partem penarū predictarum.

De meçentis nō emendis p aliquem ultra usum suum: et familie sue. Ca. ccviii.

Lem sta. t or. q nulla psona cuiuscūq pdictōis existat audeat uel psumat emere uel emi facere p se uel aliū directo uel per obliquū in ciuitate uel in districtu tridentī sine licentia cōsulum et

proniforum carnes porcinas: siue meçenas ultra usum suū et fami-
lie sue ne caritudo inducatur exceptis tñ meçenis falsis que ducā-
tur false de Alemania: et hoc sub pena pdendi meçenas: x. xl. sol.
pro qualibet psona: et qualibet uice qua cōtrafactum fuerit appli-
canda: ut supra in alijs dictum est.

De uenditoribus carniū salutarum lardi casei et aliarum rerum
cōestibilia tenētibus dare iustam pensam. Ca. cxi.

Tem sta. et or. q. quelibet psona ciuitatis et district' tri-
denti que uendiderit carnes salitas lardū caseū popinā
oleum inalçū frumentū bladum legumen et cetera alia
mercimonia comedibilia teneat et debeat dare bonam
et iustam pensam et mensuram et q. ptrafererit puniatur in uiginti
sol. den. tridenti cōitati applicanda totiens quotiens fuerit cōtra-
factum pro quolibet sē qualibet librarum rerū uenditarum et qui-
libet sit accusator et habeat medietatē pene.

De macellatoribus carnes inferius incidere non debētibus ni-
si fuerint estimate p superstites. Ca. cc.

Tem sta. et or. q. nullus becharius audeat incidere be-
stias aliquas inferius nec uendere nisi prius p suprastā
tes fuerint estimate: sub pena, x. librarū den. tridēti cōi-
tati applicanda totiens quotiens fuerit contrafactum.

De macellatoribus carnes p carnibus uendentib'. Ca. ccxi.

Tem sta. et Or. q. aliquis becharius nō debeat uendere car-
nes alicuius bestie p carnib' alterius bestie: sub pena. x. li-
brarū den. tridēti cōitati applicāda toties quotiens fuerit
contrafactum.

De carnibus morticinis nō uendendis sub macello. Ca. ccxii.

Tem sta. et or. q. aliquis becharius nō debeat uēdere carnes
morticinas sub aliquo macello: sub pena, xv. librarū den. tri-
denti cōitati applicāda totiens quoties fuerit ptrafactum.

De macellatoribus aperire debentibus agnos capretos nitu-
los cum mortui fuerint. Ca. ccxiii.

Tem sta. et or. q. macellatores teneātur et debeāt apire
agnos capretos uitulos statim cū mortui fuerint et oēs
alias bestias teneātur excoriare siue excorticare ea die
qua mortue fuerint et oēs predictas bestias nō debeāt
sub pellibus retinere postqz excoriate fuerint: nec aliquas bestias
insulare nec implere: sub pena, xx. sol. den. tridēti cōi-
tati applicāda to-
tiens quotiens contrafactum fuerit.

Liber Tertius.

De macellatoribus scrophas brusolare debentibus et in macello non vendendis. *La. cxxij.*

Item sta. et or. q. macellatores debeant brusolare scrophas loes et no pilare et no debeant eas vendere sub macello: sub pena. xx. sol. applicanda: ut supra in pximo.

De macellatoribus no debentibus testiculos alicui becho uel motono: nec vbera capris et pecudibus abscondere. *La. cxxv.*

Item sta. et or. q. nullus macellator audeat alicui becho uel montono quando eos interfecerant incidere testiculos uel incidi facere et alicui capre et pecudi nec vacare incidere ubera: sub pena. xx. sol. den. trideti coi applicanda totiens quotiens contrafactum fuerit et glibet possit esse accusator et habeat medietatem pene de oibus suprascriptis. prime octo stat.

De macellatoribus dare debentibus cui libet et emere volenti ad mediam libram. *La. cxxvi.*

Item sta. et or. q. glibet macellator teneatur vendere cui libet p sone petenti et uolenti emere carnes ad mediam libram et plus ad uoluntatem petentis: sub pena. xx. sol. den. trideti totiens exigenda et coi applicanda quotiens fuerit contrafactum.

De macellatoribus rectam pensam dare debentibus. *La. cxxvij.*

Item sta. et or. q. glibet macellator teneatur vendere et dare cui libet rectam pensam: et q. contrafecerit soluat coi pro qualibet uncia deficiente qnq. sol. den. p. qualibz uice q. contrafactum fuerit et reficiat uanum passo: et glibet sit accusator et habeat medietatem pene et credat accusatori: ut supra in alijs statutis contra macellatores factis.

De macellatoribus vendere debentibus carnes infra scriptas p. precijs infra scriptis p. p. s. t. p. e. i. m. p. o. s. i. t. i. s. *La. cxxviii.*

Item sta. et or. q. glibet macellator et quelibet persona uendens carnes in ciuitate trideti debeat uendere pro precio infra scripto: sub pena. xxv. librarum den. trideti p. quolibet et qualibet uice auferenda qua contrafactum fuerit cuius pene medietas applicet camere Epali et alia medietas coitati et hoc usq. quo ipsa p. cia scdm tpa uentura p. psules et puifores mutabuntur et de p. cis mutatis eisdem macellatoribus notificabit. v. z.

Primo carnes utulinas agninas et uucinas pro precio. xvij. den. trideti libram grossam et no plus: sed minus s. m. bonitate et p. cioritatem bestie estimande p. supra existentes deputatos et carnes de capreo pro quatuor quatinis lib. et no plus etc. ut supra carnes mancinas tenentes dentes utulinos pro precio. xv. den.

tridentis libra et non plus: sed minus scdm: ut supra. prime carnes bouinas vacinas pecudinas caprinas bircinas p precio. xij. den. lib. et non plus: ut supra.

De macellatoribus q tenuerit ad macellum suum falsum plubi
nuz: siue stateram. Ca. cxxix.

Item sta. et or. qd si qd becharius tenuerit ad bechariaz suam aliquod falsum plubinum siue stateram falsam cōdemnetur in. x. lib. den. tridenti applicandis cōi pro qua libet vice qua reatus fuerit: et qlibet sit accusator et beat partem dicte pene.

De supra stantib' electis ad estimandū negligētib' estimare
Ca. cxxx.

Item sta. et or. q si supra stātes electi ad estimanduz carnes omiserint estimare uel fraudulēte estimauerint uel negligentes fuerint ad estimandū soluat q negligēs fuerit sol. xx. cōi: q fraudem cōmiserit. xl. sol. p qualibet uice et ab officio remoueat et teneatur ipsi supra stātes denunciare delinquentes Scyndicis ea die uel sequenti ad plus a cōmisso delicto: sub pena. xl. sol. predicta.

De hys q uendiderit uinum ad minutum et falsam mensuram
nentibus. Ca. cxxxi.

Item sta. et or. q quelibet psona uendens uinum ad minutum in ciuitatis territorio et districtu tridentis teneatur et debeat mēsurare uendendo cū iusta mēsurā cōis tridentis: et non cū nappis nec ciatis: et oia e bona et iustam mēsuram: et q cōtrafecerit puniatur et cōdemne. p qualibet uice qua fuerit cōtrafactū in. v. sol. de n. tridenti: et qlibet sit accusator et habeat medietatē dicte pene et si inuentor fuerit officialis iurat' credatur ei: et si non fuerit officialis iurat' credatur ei cum iuramento et uni testi soli et credatur.

De tabernarijs et alijs personis uendētib' uinū ad minutum
et falsam mensuram tenentibus. Ca. cxxxij.

Item sta. et or. q si quis tabernarius uel tabernaria: siue uenditor uini ad minutum reatus fuerit tenere in sua taberna falsam mēsurā: a uino puniatur et condēnetur in v. libris den. tridenti applicandis cōi pro qualibet uice qua reatus fuerit et quelibet sit accusator et beat medietatem banis predicti et credatur officiali iurato et si inuentor nō fuerit officialis iurat' credatur ei cum sacramento si fuerit bone fame uel ēt credatur uni soli testi bone fame.

Ciber Tertius.

De tabernarijs qui tenuerint nāpos copas ciatos minores mē
sura cōmunis. *Ca. cccxix.*

Tem sta. et or. qđ si quis tabernarius et quilibz uendēs
vinum ad minimū tenuerit in sua taberna aliquem na-
pum copam uel ciatum minori mensura edis tridēti cō-
demnetur in. v. sol. den. tridēti p quolibet et qualibet
uice applicandis cōi et quilibet sit accusator et habeatur supra.

De piscibus portandis in soy piscarium. *Ca. cccxxij.*

Tem sta. et or. qđ oēs pisces et caneri qui portātur ad ci-
uitatem ad uendenduz portentur ad plateam edis ad
banchum uel lapidem piscarie cōsuetā ante palatium
ad uendēdum exceptis cauedunculloz et piscibus minu-
tis et qđ cōtrafecerit soluat. xx. sol. den. tridēti cōi et perdat pisces
et qđlibet sit accusator et credatur: ut supra.

Q nullus esse uideatur inter mediator. *Ca. cccxxv.*

Tem sta. et or. qđ nullus sit nec esse uideatur mediator ad uē-
denduz nec ad emēdum pisces sub pena. xx. sol. den. tridē-
ti cōi applicanda pro quolibet et qualibet uice qua contra-
factum fuerit.

De piscibus recentibus portatis ad uendendū nō salandis et
caudis eorum tronchandis. *Ca. cccxxvi.*

Tem sta. et or. qđ pisces recentes postqđ portati fuerūt
ad ciuitatem ad uendendum salarij non debeant et sta-
tim cauda trūctur per uenditorem piscis: si piscis ual-
erit ultra. xij. den. anteqđ portetur: extra piscariam et qđ
cōtrafecerit soluat pro qualibet uice cōmuni sol. ix. den. et perdat
pisces et qđlibet sit accusator et credatur: ut supra et h3 pte3 ut supra.

De piscibus recentibz extra cistas extrahēdis. *Ca. cccxxvij.*

Tem sta. et Or. qđ cum pisces recentes ducti fuerint ad
plateam in continēti cum uenduntur debeant extrahi
de cistis et de uasis in qbus ducti sunt: et poni i bancho
ubi uendūtur: et qđ cōtrafecerit et tenuerit in cistis ipsis
seu uasis aliquos pisces quod illos pisces perdat.

De non exportandis piscibus de ciuitate tridēti. *Ca. cccxxviii.*

Tem sta. et Or. qđ nullus uideatur exportare pisces de ciuitate
sine extra ciuitatem ad ptes superiores cum equis plaustris uel
aliquo alio modo sine licentia Scindicoz: sub pena amissionis pi-
scium et non solutijs mutis cōsuetis que solui debent: tam in ciui-
tate quam extra: sub pena predicta et credatur: ut supra et inuētor.

habeat dimidiam partem pene.

**De piscibus conductis in ciuitatem ad plateam ad piscariã uis
cargandis.** *Ca. cccxix.*

Item sta. et or. q. totus piscis q. cõducitur in ciuitate de
beat ad plateã super lapide piscarie discargari: ⁊ ibi mo
rari semper preterq. de nocte: donec fuerit venditus ⁊
q. contrafecerit soluat. xl. sol. den. tridenti cõi et pdat pi
sces: et hoc et intelligatur de piscibus qui uocuntur ad uendendũ
ad ptes superiores cum licentia Syndicoy: donec fuerit eis da
ta licentia abducendi uias.

De aliquis nõ uadat ad lacus ad emendũ pisces. *Ca. cccxx.*

Item sta. et or. q. aliqua psona nõ uadat ad lacus nec ad
alia loca ad emendũ pisces cã reuendendũ excepto quã
ad Lacuz Sippe tridentine: nec in ciuitate tridentis pisces
aliquos emere cã reuendendũ: nec societatem aliquam
beat seu contrahat cum aliquo piscatore: nec cum aliquo uendito
re piscium: ⁊ q. contrafecerit soluat. xl. sol. den. cõitati et pdat pisces
et credatur ut supra et inuentor habeat partem: ut supra.

**De blado ad ciuitatem ad uendendum conducto ad plateam
discargando.** *Ca. cccxxi.*

Item sta. et or. q. totum bladum quod exterius uocitur
ad uendendum in tridente ad plateam cõis: et non ali
bi deponatur pena. x. sol. den. tridentis pro quolibet sta
rio et amissionis bladi applicanda cõitati totiens quoti
ens fuerit contrafactũ: ⁊ aliquis in ciuitate nec extra ciuitatem in
districtu trideti nõ audeat ipsam bladum in domo recipere nec eme
re ⁊ se nec alterius nomine: sub pena predicta.

De blado nõ emendo ultra q̄tuor staria in die. *Ca. cccxxii.*

Item sta. ⁊ or. q. aliqua persona ciuis nec forensis nõ de
beat emere nec emi facere i platea: ultra quattuor staria
bladi in die sub pena uiginti sol. den. trideti cõi applicã
da et amissionis bladi pro qualibet stario et qualibet ui
ce sine licentia consulum et prouisoꝝ Ciuitatis.

**De molendinarijs emere nec ad urnas accedere non debenti
bus.** *Ca. cccxxiii.*

Item sta. et or. q. aliquis molendinarius non debeat accede
re nec se approximare ad urnas bladi: nec bladum emere nec
emi facere pro aliquo: sub pena uiginti sol. den. tridentis et amissio
⁊ ij

Uiber Tertius.

nis bladi pro quolibet stario cōmuni applicāda totiēns quotiens fuerit contrafactum.

De molēdinarijs egtare nō debentib⁹ sup farinā. *Ca. cccxxiij.*
Tem sta. et or. q. aliquis molēdinarius nō audeat nec pze sumat egtare sup bladum aut farinam: sub pena. xx. sol. deñ. tridenti totiēns cōmittenda quotiens fuerit cōtra factū cui⁹ pene medietas applicet cōi alia medietas ac cusatori.

De molendinarijs vltra molturam consuetam accipere non debentibus. *Ca. cccxxv.*

Tem sta. et or. qd molendinarij non debeant accipere de moltura bladi alicuius psonae vltra illud quod statutum est. vj. de sexdecim vni⁹ et q contrafecerit pro quolibet et vnaquaq⁹ vice qua ptrafactus fuerit in. lx. sol. deñ. tridenti dēnetur cōi applicandis et qlibet sit accusator: et hēat ptez victi bāni: et si solvere non poterit ponatur ad berlina: et ibi stet ad arbitriū Dēindico⁹ et credatur cōquerenti eius sacramēto si fuerit bone fame: et opiniois: et ēt credatur cōquerenti: ut supra si dixerit farinā fuisse destructā: et reficiat sibi farina p moltorem.

De molendinarijs tenētib⁹ macinare cuiūq⁹ requirenti.

Ca. cccxxvi.
Tem sta. et or. q. qlibet molendinarius cum regit⁹ fuerit ab aliqua psona teneat regenti macinare infra tertiam diem a requisitione facta et si esset solum medium starrum bladi macinādum: et hoc sub pena centuz sol. deñ. tridenti: cuius pene medietas applicetur cōitati alia medietas ac cusatori totiēns cōmittenda et auferenda quotiens fuerit cōtrafactū et credat illi q vult dare ad macinandū cum sacramento.

Ca. cccxxvij.
De reddito ex lignamine discargando super lasta cōmunitarij.

Tem sta. et or. q. quecūq⁹ psona siue terrigena siue forensis posuerit vel tenuerit lignamē alicuius manerici sup lasta sita extra de ppe portā sancti Martini de tridēto siue in quolibet alio loco cōis tridenti et de cōi tridēti teneatur et debeat solvere pcuratori cōitatis q pro tpe fuerit deñ. in frascriptos. vj. p qualibet plana vni⁹ grossum carentanū pro quo liber plancono medū grossum pro qualibet asse de pantono et p qualibet trabe de plastro grossa medū grossuz ea die vel sequenti qua ipsum lignamen conductum vel discargatum fuerit et quod

dominus lignaminis: aut conductor eius teneatur et debeat manifestare procuratoribus cōtatis qui pro tempore fuerint uel alteri eorum lignamen et quantitatem lignaminis conducti et discargaris: sub pena viginti sol. pro quolibet capite lignaminis nō manifestato cōmunitati applicanda: et per hoc tamē statutum non derogetur nec uideatur esse derogaturz prouisioni et cōsuetudini facte de lignaminibus Pinedi et Percini conducentibus ad plateā et inhibitis conduci extra districtum tridentī.

De stationeris et artificibus nō debentibus tenere stationes apertas. Ca. cccxxvii.

Tem sta. et Or. q. nullus artifex audeat tenere stationē aptam: sub pena. xl. sol. deñ. tridentī cōtati applicanda totiens quotiens fuerit contrafactus: in diebus festiuis infra scriptis. v. z. dicitur diebus dominicis diebus apostolorum beate Virginis Marie: Natiuitatis dñi Circūcisionis epi phanie tribus diebus paschalis Resurrexōis Ascensionis Petri et Pauli sancti Laurentij martyris et beati Eligij patroni nostri hoc saluo qd si aliquod dictorū festorū incidit in mercharis tridentī possit quilibet ipone suas stationes apertas tenere.

De conducentibus caseum oua saluaticinas ad uendendū portanda ad plateam. Ca. cccxxix.

Xtem sta. et Or. q. quilibet conducent caseum: popinam: oua: fructus: saluaticinas et huiusmodi ad uendendum ad Cuitatem Tridentī debeant et teneant ipsas res ad plateam portare: et ibi uendere: sub pena uiginti sol. deñ. tridentī applicanda cōmunitati totiens quotiens contrafactum fuerit et quod nullus uenditor et reuenditrix aliquid predictorum emere debeat ante nonam: sed transacta nona possit predicta ipone emere: saluo eo quod caseum excedentem precium uiginti sol. deñ. tridentī emere non debeat nisi solus caseus excederet illaz summam et qui contrafecerit perdat ipsam rem emptam seu precium ipsius: et si cōducens ueniret ad plateam transacta nona nullus reuenditor emat nec presumat emere predicta siue aliquid predictorū usqz ad sequentem diem ad horam nonē sub dicta pena et persona que uendiderit alibi qz in platea soluat uiginti sol. deñ. tridentī cōtati pro quolibet uice qua cōtrafactum fuerit ut premissus est et pdat res quas uendiderit.

Quilibet maior domus debeat in festis solēnib⁹ audire missaz in Ecclesia Cathedrall. Ca. cccli.

Ciber Tertius.

Item sta. et or. q. quilibet maior domus masculus et femina teneatur sub pena uiginti sol. in diebus tribus festis Natiuitatis: in festo Circumcisionis pentecostes Resurrectionis dñi Ascensionis in quattuor festis beate uirginis in oibus festis apostolorum: in festo beati Vigilijs et beate Marię et oibus diebus officijs de mane saltem audire unā missam in Ecclesia Cathedrali: et quod est meliores ciues et ciuissis: nisi habeant iustam causam absentie debeant in maiori Ecclesia stare quousque missa finita fuerit p. fabrica Ecclesie applicandorum.

CDe mensuris rectis tenendis.

Ca. ccxli.

Item sta. et or. q. quilibet persona debeat habere et tenere rectos ciros urnas brentas starios modios galeras quartarolos starios ab oleo et starios et quartas ablado et asale passos passetos: et oēs alias mēsuras stateras pefarolos plūbinos marchas: libras: vncias: balancas et oia alia pondera nec mēsurare nec pōderare debeant: nisi sint bullata bullo cōstituti et Scindicorum: et alterius eorum et q. p.trafecerit et falsam mēsuram: seu pōdus tenuerit uel habuerit et dederit: soluat lib. x. den. tridēti: pro qua libet vice: cuius pene medietas applicet camere Epali et alia medietas cōstituti et inuentori seu accusatori quā penā si soluere nō poterit incidens in eā ponatur in fundo turris: et ibi stet p. tres menses et quilibet sartor debeat tenere rectū passetum et mēsurare pānū emptum cū fuerit ad stationē ante q. incidatur: et q. p.trafecerit soluat cōi. xx. sol. den. pro qualibet uice et quilibet sit accusator et creditur uni testi bone fame et opinionis et Vicarius una cū Scindicis et pcuratoribus cōis tridēti teneant sacramēto cum quattuor hoibus expertis quos ipse dñs Vicarius et p. sules ciuitatis duxerint eligendos ad examinandū mēsuras et pōdera bis in anno et toties quotiens est consilibus et prouisoribus ciuitatis uidebitur expedire.

CDe sarmentis straminibus paleis in periculo p. ignem nō tenendis.

Ca. ccxlii.

Item sta. et or. q. aliquis nō debeat in aliqua domo in qua ignē facere et sit de prope et circha: uel supra ignem tenere sarmentas paleas senum stramē: et hys similia ita quod exinde incendiū leuiter oriri possit: et qui cōtrafecerit soluat sol. xl. den. tridēti cōmuni pro qualibet uice et quod Scindici et prouisores ciuitatis sepe i. premissis prouidere debeant et procurent ire uisum p. domos et loca suspecta ab igne.

*in un. ed. In hinc arbitrio
quibus, qui galas uicinas
inducit, et hinc de arboribus
quibus: can. 317. 2. 2.*

De palis non exportandis de vineis sup humeris. Ca. cccliij.
 Tem sta. et or. q. aliqui postqz vinee aptare et palificare fuerunt nō debeant palos: nec latas vinearū: nec suos: nec alienos accipere: nec ad uendendū: nec ad domū portare usqz ad aliud tēpus aptationis vinearū inficando: et q. cōtrafecerit soluat pro qualibet vice de suis sol. x. tridenti cōi: et de alienis sol. viginti den. tridenti: in die in nocte vō duplū et reficiat vānum passo cuius pene medietas applicet cōi et alia medietas accusatori et in pmissis hēant pcurare et puidere scindici et eorum officiales et credat saltuario uel uni testi bone fame et opinio nis et ēt credatur vānum passo si iurauerit se uidisse.

De viuis furtiue acceptis ex alieno arbusio sine loco vitib⁹ quifito. Ca. cccliij.

Lorto: uel alijs possessionibus viuas uel alios fructus soluat sol. xx. in die: in nocte vō duplū et reficiat vānum passo: cuius pene medietas applicetur: ut supra: et si soluere nō poterit ponatur ad berlinam p diem: et credatur: ut supra de palis.

De saltuarijs qui furtiue viuas acceperint.

Lem sta. et or. q. si q. saltuarius vine ap furtiue viuas uel alios fruct⁹ accepit et eos uel eas uendiderit uel donauerit fraudulēte stando in saltaria soluat. xl. sol. cōi de die: de nocte vero duplum: et restituat vānum passo in duplo: et si soluere non poterit ponatur ad berlinam et ibi stet arbitrio Scindicorum et consuluz secundum exigentiam delicti.

Item et si ipse saltuarius nō diligēte pcurauerit et pquisierit vānari ferrentes uel fraudez in sua uel aliena saltaria cōmiserit cōdemnetur in. lx. sol. den. tridenti et restituat damnum passo in duplo: et si soluere nō poterit ponatur ad berlinaz ut proxime supra notatur et credatur: ut supra de palis: et si damnū dante nescierit noiare: et nō sit in culpa: tunc solum reficiat vānum passo.

De hijs qui fructus aut herbas cōestibiles furtiue acceperint.

Lem sta. et or. q. quicunqz aliquos fructus seu rapas uel herbas cōestibiles: seu rosas lilia et hijs similia de vineis Ortis clausuris pratis et terris alienis acceperit soluat sol. viginti Denar. si fructus surrepti ualuerint minus quinqz sol. sed si plus ualuerint soluat quatragesima sol. Denar. Tridenti: In die: In Nocte uero duplum: et reficiat damnum passo in

Glibet Tertius.

duplū: et si solvere nō poterit ponat ad berlinam ibi standus: ut supra et glibet sit accusator et beat medietatē banni: et credatur nisi testi bone opinionis et fame et credatur: ut supra de palis.

De his qui cesas uel sepes alienas inciserint. *Ca. cclvii.*
Item sta. et or. q. quicūq. inciserit uel fregerit seu abstulerit sepes cesas seu clausuras: seu de eis asportauerit soluat. xx. sol. in die in nocte vō duplū et restituat dānum passo: et si penaz in cursum solvere nō poterit ponatur ad berlinā et stet: ut supra et credatur ut supra de palis.

De his qui fregerint portas ortoz clausurā. *Ca. cclviij.*
Item sta. et or. q. quicūq. fregerit uel abstulerit portas alienas ortoz clausuraz vinearū uel campoz seu seraturarū uel seraturas accepit soluat sol. lx. den. triden. in die p. fra ctura portaz: sed p. exportatura portarū uel seraturarū soluat libras. x. den. triden. in die in nocte vō duplum et restituat dānum passo. et si solvere nō poterit ponatur: ut supra ad berlinā et stet ibi ad arbitrium Scindicoz: ut supra et credatur: ut supra de palis.

De his qui inuenti fuerint in alienis ortis uel clausuris. *Ca. cclix.*

Item sta. et or. q. si aliquis fuerit inuentus in alienis ortis pratis clausuris uel uincis tpe quo fructus seu herbe in eis fuerit et in eis fuerit sine licētia dñi victarū rerum et si dānum nō fecerit soluat cōi sol. xl. den. triden. et si dānum fecerit soluat et fiat ut supra et credatur: ut supra de palis.

De his qui abstulerint legumina uel blada de alienis ortis. *Ca. ccl.*

Item sta. et or. q. si quis de alienis agris abstulerit legumina uel blada alicui soluat cōi sol. xl. den. tridenti de die de nocte vō duplum et restituat dānum passo: q. si solvere non poterit ponatur ad berlinā standus: ut supra et credatur: ut supra de palis.

Quod aliquis nō faciat herbā in alienis possessionibus. *Ca. ccli.*

Item sta. et or. q. nulla psona audeat uel psumat facere herbā aliquā in possessione alterius: sub pena. xx. sol. den. tridenti p quolibet fesse et qualibet uice de die de nocte vō duplum cōi: et si solvere nō poterit ponatur ad berlinam: et ibi stet per diem et credatur: ut supra de palis.

De his qui fecerint panigales alienas uel meiaras. *Ca. cclij.*

Item sta. et or. q. si quis fecerit sine acceperit ex alienis agris de panigalibus: uel megarijs: uel se galib^o de die soluatur sol. x. coi de nocte vo dupli: et si soluere nō poterit ponat ad berlinā p die et credatur: ut supra de pallis

De saltuarijs q comiserint fraudē in sua saltaria. Ca. cclij.
Item sta. et or. q. si quis saltuarius campanee uel uincaru3 uel pratorū fraude3 comiserit in sua saltaria ab aliquo precium uel donū recipiendo occasione dimittēdi bestias pasculare uel herbam facere in sua saltaria seu precio dono uel amore sine aliqua alia cā nō accusauerit oīna dantes condēnet in tribus libris den. tridenti et in pluri s3 qualitatem delicti in arbitrio et de claratione Scyndicoꝝ et pisorū tridenti et credatur: ut supra de pallis et reficiat damnum passo in duplum.

De hys q herbā uel fenū de alienis pratis acceperint. Ca. cclij.
Item sta. et or. q. aliqua psona nō debeat herbam factā neq3 fenū in aliquo alieno prato uel possessione aliena accipere: nisi fuerit supra pressis cōis accipe et q contrafecerit soluatur p qualibet toria sine falso. xx. sol. den. tridenti in die in nocte vo dupli et dānum reficiat passo in duplum. et si soluere non poterit ponatur ad berlinam p diem: et q sup pressis cōis pbideret heri herbā uel fenū accipi soluatur tantūde cōi pro qualibet uice et credatur: ut supra de pallis.

De hys q accusauerit aliquem false: de aliquibus postis in hoc libro descriptis. Ca. cclv.

Item sta. et or. q. q falso accusaret aliquem de aliquibus postis in hoc libro descriptis eandem penam patiat et soluatur quaz accusat^o soluere et pati debeat.

De bubulcis per ciuitatem ante plaustrum ire debentibus. Ca. cclvi.

